

## **Оссолінські колекції.**

**CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.**

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

748. Vita Petri Tomicki, Eppi. Crac. et Reg. Po. Vice Cancellarii, Stanislao Hesio, Eppi. Varm.  
authore (odpis A. Batowskiego 1847).

*STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE*

Львівська бібліотека  
АН УРСР

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

Баб. 748

748

Et ea familiae que Cymba gens insignis  
claris et laudibus, sed quibus ipse tam  
vobis et honoribus quibus plus alluere soluit  
quam quantum ab eis accipere videbatur pa-  
rente natus est

Vita

Petri Tomicki

Episcopi Iracoviensis

et  
Regni Poloniae

Vicecancellarii

Stanislaw Hosio

Episcopo Warmiensi

authore

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

Sam przepisałem dla twojej Biblio-  
teki w Odnowie d. 21. Listopada  
d. 1847. Alexander Satow

1.

Et ea familia que Cymba gerit Insigne  
claris ortus majoribus, sed quibus ipse tamon  
rebus et honoribus gestis plus attulisse lucis  
quam quantum ab eis auferat videbatur pa-  
rente natus est cum primis honesto & nobili Ni-  
colao a Thomicke Vedilij Posnan. Matre Anna  
a Schamotuli ex familia cuius Insigne Na-  
landz appellatur, admodum puer adhuc erat cum  
pater ei decessit, quare tutore & quasi parente  
altero usus est andrea a Schamotulij Palati  
Sandomiriensi seu Posnan avunculo suo. cui cum  
in puero multa ingenij signa, magnamq; virtu-  
tis indolem conspexisset quoniam filius ipse ce-  
rebat hunc sororis sue, Titium filij loco in me-  
rog, habuit summam cura & diligentia, his cum  
artibus imbui curavit quas ubi dum tener erat  
combibisset ad majora venire posset paratior,  
itaq; auctore eo & consuasore Gnesnam primum  
est missus ut ibi rudimenta disceret literarum  
quod is locus in tota majori Polonia celebris tum  
praeteris habebatur deinde ubi tempus esse vi-  
dit profereudi studia ejus iam non ut fuit eta-  
tis illius capulus magnos puer in ludo Gnesnensi  
primis in literis progressus effecisse videbatur in Ger-  
maniam eum mittendum censuit cum ex ephebis  
nondum excessisset, a quo ejus consilio ne ceterorum  
quidem amicorum voluntas abhorrebat. Florebant

eo tempore studia literarum non in alia Germa-  
 nitate quam Lipsia magis visum est Naque  
 eam deligere potissimum quo capiendi ingenij  
 cultus causa proficisceretur quod inde dupplex  
 commodum consequi posse videbitur, cum & inge-  
 nuarum artium doctrina hinc tam leviter  
 minimum expositi & germanica lingua que nostris  
 hominibus propter crebra ejus gentis ob vicina-  
 tem commercia utilis existimatur emendatorem  
 quam usquam alibi obiter perdiscendi sumam  
 ibi copiam & facultatem esset habiturus. Oppor-  
 tune cecidit ut quo tempore hoc fuit facta deli-  
 berans is ipse tutor ejus, & avunculus in ger-  
 maniam legatus a Rege mitteretur is pue-  
 rum una accepit & Lipsia postea reliquit ubi  
 quatuor plus minus annos cum esset commora-  
 tus atq; omnibus iis doctrinis quibus illa etas  
 imperitari debebat ita eruditus ut ad graviora  
 studia satis jam aptus videretur Cracoviam se  
 contulit quod Eam Urbem Philosophicis studiis  
 cupis incredibili fuit amore inflammatus cla-  
 sam esse accepisset quibus cum se totum tradidis-  
 set brevi temporis curriculo tam in eis proces-  
 serat ut evolasse non excurisse videretur atque  
 omnibus iis ornamentis quibus ornari consue-  
 verunt ij qui non paenitendas habent in Phi-  
 losophia

locuphiam progressionem adulescentiam tuam coho-  
 nestaretur. Maxima autem vis eius ingenij in  
 disputationibus studebat ad quas quoties prodi-  
 bat tantis ubique undiq, concursus fiebat ut loca  
 in subsejijs occuparentur Auditoria compleren-  
 tur magna, euntem scholiorum caterva comi-  
 taretur, dum acumen illius & subtilitatem in  
 disputando vehementer omnes admirarentur. Jam  
 itaque cum bonitate ingenij tum perenni studio,  
 eo progressus fuerat ut non laudem solum verum  
 etiam admirationem apud suos ex philosophia  
 cognitione consequeretur cum eam tamen quantum  
 in ea profecisset plurimum poeniteret. Inauvobrem  
 Italiam semper spectabat, Italiae animo epus dies  
 noctesq, observabatur Italiae summo desiderio vene-  
 batur eo studia litterarum ex graecia translata  
 esse sciebat, ibi quasi domicilium quoddam doctri-  
 narum omnium intelligebat, eam ingeniorum altri-  
 cerum litterarum appellari legebat, omnes conatus &  
 labores suos incapsu sibi ceidisse atque omnino  
 perisse pulabat nisi doctissimis in Italia viris  
 reformandum & quasi recogendum se dedisset. Nam  
 quam vero incredibile visenda Italiae cupiditate  
 fuit incensus tamen ut erat adulescens pudentij-  
 simus summaq, modestia praeditus nihil sibi nisi  
 de consilio & sententia avunculi sui faciendum e-  
 distimavit. ad quem cum de sua in Italiam pro-

ostentamento

ficiendi

faciscendi voluntate retulisset eo autore aut cap-  
 tum consilium executurus aut prorsus illud repu-  
 diaturus. avunculus non modo voluntati ado-  
 lescentis non est refragatus verum etiam impetum  
 hunc eius atq; ardorem, erga litteras collaudavit  
 Sed cum vir esset admirabili prudentia, videretq;  
 ad Philosophos sororis suae filium adolescenturum  
 ad omnia summa natum cui neque decus oris exi-  
 mius deesset neque suavitas vocis appellandarumq;  
 literarum lenitas singularis neque vis atq; acumen  
 ingenij proclarum quod cum virum fore prudentissi-  
 mum pollicebatur neque cetera cum animo tum cor-  
 poris dotas minime vulgares ferendum non esse puta-  
 vit ut tale tantumq; ingenium in solivaga & jeiuna  
 Philosophis naturalis cognitione consumeretur. Quam-  
 obrem cohortatus eum est pluribus verbis etiam atq;  
 etiam diligenter ut prospiceret ne si nimis ma-  
 gnum studium multaq; operam in res obscuras qui-  
 dem illas & difficiles sed easdem ad Republica admi-  
 nistrationem non maxime necessarias contulisset ius-  
 tam hominum reprehensionem effugere vit. posset  
 quin ea potius studia amplecteretur quibus ad ma-  
 gnam fortune cultum ingenia excitantur. Iuris ut  
 Scientiam coleret eam eloquentis studijs condiret  
 fore ut ipsi artibus & honori suo velificaretur & a-  
 micorum utilitati consuleret & cuncta Republica  
 multo maxime cum emolumentum adferret tum or-  
 namentum

namentum. Adolescentem quoniam semet in animum in-  
 duserat ab avunculi consilijs & preceptis tatem quod  
 ament unquam non discedere, quod fidem illius in se  
 benevolentiamque, cum non mediocri prudentia conjun-  
 ctam perspexerat tanto se libertatis facturam re-  
 ceperat quod Avunculus precepisset quantum persua-  
 sum hoc magis haberet & salubre sibi fore id con-  
 silium & ex amoris erga se abundantia proficisci.  
 Proficiscitur itaque in Italiam optimis cum omnibus  
 omnibus prosequentibus ex tot clarissimis Italiae  
 urbibus Bononiam deiecit ubi non tam captum  
 studiorum suorum cursum confirmaret quam novo  
 disciplinarum genere ex avunculi praescripto in for-  
 mandum poenitus & instituendum curaret non illud  
 plerique omnes adolescentuli faciunt sese voluptatibus  
 immersit non lusu & libidine non otio & ignavia tem-  
 pus ibi transegit non alias res egit quam quarum  
 gratia in illud Theatrum orbis terrarum Italiam  
 missus fuit. Sed avunculi preceptorum semper  
 memor his studijs adolescentiam tradidit suam  
 qua ut nulla fumosarum Imaginum commenda-  
 tio accepisset vel sola potuerint eum in quibus  
 postea fuit positus, dignitatis & fortunae gradibus  
 collocare. Praeceptorem habuit in eo studiorum genere  
 quas humaniores literas appellant Philippum Beroal-  
 dum virum disertissimum qui tot praclaris ingenij  
 monumentis claram eruditionem suam fecit omnibus  
 et testatam. In Jure excellentissimum Juris P.  
 Doctorem

Doctorem Antonium Purgio Hispanum sub ipsi  
 ceptoribus & dicendi laude permittum proceperat & in  
 Jure tantum profecerat ut consentientibus omnium  
 suffragiis dignus pronunciaretur qui in celebri doctissi-  
 morum Verorum consessu maxima nobilissimorum Ju-  
 venum corona circumfusus cum plus quatuor annos  
 Bononiæ esset commoratus, omnibus Jurisconsultorum  
 insignibus cohonestaretur, adeo temporis brevitatem in-  
 genij celeritatem studij, magnitudinem compensabat.  
 Nonnumquam satis matura ei videbatur in patriam reversio,  
 mancam enim esse Jurisperitiam intelligebat, nisi ad  
 actionem exercitationemq, eam converterisset. Romam  
 itaq, se contulit ut quarum rerum Artem Bononiæ  
 combiberat earum ibi usum quoq, aliquem perciperet.  
 Vix annus unus intercepit, cum tanta sicut de eo doc-  
 trina opinio concitata, videt ut ullius in patria nomen  
 eruditionis fama claruis esset ac illustris. Eius cum  
 longius in dies manaret pervenit tandem ad Federicum  
 quoq, Cardin. eius Familiarium Sigismundum Targowit-  
 ski cum esset etate affecta sub id tempus oij quie-  
 tis amore captus eo quo fungebatur officio se ab-  
 dicavit neq, defuerunt qui magnis allegationibus id  
 munus apud Cardinalem inpetrare contenderant, sum-  
 moq, studio prethansarent & ambirent. Verum id Car-  
 dinalis Petro Thomicio jam animo destinaverat sta-  
 tutumq, secum & deliberatum habebat nominis illius  
 fama commotus non alteri cuiquam munus id quavis  
 Petro

Petro Thomicio mandare. Ad quem literas in urbem  
missi curavit quibus ut ad suos primo quoq; tem-  
pore in patriam rediret monebatur amplum & ho-  
noricum apud Cardinalem Cancellarij munus obitu-  
rus. Cum longam ille profectionis suae moram inter-  
poneret in causa fuit annuus jubilaeus, agebatur  
enim tunc annus a Christo nato M. D. m. lxxv. ver-  
sente anno Cancellarij carere Cardinalis maluit  
illius ex urbe reditum expectandus, quam ad alium  
quempiam honorem istum deferre quod eum pro ce-  
teris ex dignitate sua munus hoc administraturum  
persuasum habebat. Venit tandem toto anno deside-  
ratus & expectatus continuo a Cardinali benigne exci-  
pitur & promisso Cancellarij munere quinto quauve-  
nerat die ornatur, tantamque episcopi rationem habuif-  
se dicitur ut non solum Craev. Archidiaconatum  
ad eum detulerit verum etiam revereri eum vidus est.  
Fuit Petrus Thomicius natura sobrius & tempera-  
tione moderationeq; singulari praeditus, sed has in illo  
virtutes auferat consuetudo & sex annorum in Italia  
commoratio. At Cardinalis nonnullos alebat qui ma-  
joribus interdum poscerent atq; eum ad largius nonnun-  
quam potandum invitarent cui rei si quando Pe-  
trus Thomicius intervenisset abscondi e vestigio & cella-  
ri poecula iussit quod Italiam venire diceret, hoc eum  
enim nomine propter minime vulgarem in cibo potuque  
continentiam solitus fuit appellare. Non totos tres  
Annos cum Cardinali fuerat cum ille vitam cum morte  
commutavit quo tempore poebatur in Polonia Ale-

Alexander Rex frater eius in curis consiliarios certo  
 quodam suo consilio referri noluit verum unum abq;  
 alterum annum apud Joannem Lubranthi Pos-  
 nan Ep̄m fuit commoratus. Edeffit interim evitā  
 Alexander quoque Rex cum quinque plus minus An-  
 nos ad Regni gubernacula sedisset. Eligitur e vestigi-  
 o in demortui patris locum Sigismundus Glogo-  
 viae Dux, patrum nati minimus & poloniae Rex renun-  
 ciatur in hunc Petrus Thomicius quadam naturali vo-  
 luntate inclinatione semper propendebat, quod eum  
 etiam adolescentem per multos heroicarum vereque  
 regiarum virtutum igniculos jaciere videbat. Quare  
 ut primum Rex fuit designatus illico se in fidem  
 epis & Clientellam contulit non erat adhuc in valde  
 lauta & bene acta parte ut qui adhuc nec multis nec  
 ijs opimis auctus esset sacerdotijs ita se tamen ge-  
 rebat ut iis de facultatibus nemo pari splendore esset  
 Principi suo & ornamento amplam familiam equos com-  
 plures alebat nihilida fuerunt apud illum & elegantia  
 cum esset pro ceteris mundicis pollicens, valde stu-  
 diosus tam fuit autem apud omnes generosus ut quo-  
 rum ample fuerunt facultates hi certatim benigni-  
 tatem in eum suam liberalitatemq; conferrent quo  
 facilius quos in Aula Regia faucebat sumptus susti-  
 nere potuisset, nec opinanti saepe a proceribus mu-  
 nera mittebantur. Sigismundus autem Rex  
 ubi propius inspexisset ejus ingenium doctusque tam  
 corporis quam animi fuit contemplatus cepit epis  
 opera multum ubi. Itaque cum eum Vladislavici  
 Canonicatu

Cauonicatu auaisset ad Pomeranid primum Dues o. J.  
ratorem cum mandatis misit mox ad Malachos  
deinde in Ungariam post Wratislaviam ad Merid  
Dues Herum in Hungariam quam secundam un-  
garicam legationem cum obiret Rex cognita fide  
eius & diligentia cum feliciter eum que sibi data  
essent mandata conficere videret fructum laboribus  
eius iudicio suo censuit attribuendam infra dies quan-  
dam tria ad eum absentem licet sacerdotia detu-  
lit, et honorata & fructuosa cum primis primum  
Caudonit. Custodiam tunc Cauon. Gnesnon postea  
Cauonicatum S. Egidij cum vero Berlium in Hun-  
garia Legationis munere fungeretur accidit ut Bra-  
mistiensis Episcopatus vacaret tum vero magna fu-  
it concursio petentium atq; honorem istum magno  
conatu audentium sed absentis Petri Thomicii  
virtus & in Regijs negotijs exequendis fides ac vigi-  
lantia cum admirabili quadam prudentia compen-  
cta faciendo licet sauen clamores edebant ut eorum  
sonitus a Sigismundo quoque Rege Vilna fu-  
erunt exauditi qui cum saluis esse desisset illi  
tantum hunc honorem mandare pro quo res ipse lo-  
quebantur quam eorum alicui qui precum suarum  
importuniter eum exprimere vel potius extondere  
conabantur. Misit auticum suum Strzathowski  
cum litteris qui Petro Thomicio de hac fortuna-  
rum & dignitatis acceptione Regia liberalitate  
illi facta certiore faceret. Erat tunc in reditu

cum

cum obviam ei volabant littere quibus Episcopus  
 erat praemisiensis salutatus quo longius honori-  
 bus proceffit hoc facta fuit virtus eius illustrior  
 certamen ipse secum instituisse videbitur ut quan-  
 tum fortunis & dignitatibus tantum humanitate  
 omnium virtutum genere non solum ceteros ante-  
 ireret sed se ipse quoque superaret. Aditus ad  
 eum faciles fuere, comiter & benigne cunctos edu-  
 cebat liberalitate vero optimum quicumque tanta  
 prosequabatur ut ei suppetere cuncti mirarentur.  
 Unde tam multis tam benigne favore liceret. Et  
 patrivicini qui nudis erant a propinquis innopes  
 ab annis libenter suscipiebat alios opera alios qui-  
 bus opus erat rem, re sublevabat. Prudentia  
 magis in dies atque magis in eo elucebat cum singu-  
 lis fere diebus novum specimen et documentum eius  
 daret. Denique ita se gerebat cum Praemisiensium  
 Episcopus factus esset ut cum res ad Maximilianum  
 Caesarem una cum fratre suo Vladislao Ungar<sup>o</sup>  
 Rege proficisci statueret ad magnum id & suum  
 & Regni sui decus ac ornamentum pertinere est  
 arbitratus si vice cancellarii munus amplissi-  
 mum splendidissimumque ei detulisset id quod pri-  
 die episcopi diei fuerat quo Cracovia pede estulit  
 fratrem primum suum Vladislavum Regem deinde  
 Maximilianum Caesarem avunculum visurus ne-  
 minem enim videbat vel forma corporis totiusque  
 oris dignitate vel lingua pronuntiationis gra-  
 tia

hanc quam actionis mira gravitas & venustas de-  
 corabat vel prudentia consilioq, cum eo comparan-  
 dum hinc accedebat quod praeter vernaculam  
 linguam suam etiam aliarum linguarum ex  
 aequo fuit peritus. Nam Latinae, Italicae, Germa-  
 nicae sic loquebatur ut excelleret in singulis & si  
 una aliqua istarum linguarum uteretur ita pro-  
 ferret nullam ut nosse aliam videretur ex quo  
 factum est ut cum Vienna cum Caesare convenis-  
 set non aliis aequo rebus in omnibus atq, privatis  
 opera sed uteretur ibi tum prudentia eius atq,  
 in gerendis negocijs gravitas magna tamen huma-  
 nitate temperata ac in obscuris rebus dexte-  
 ritas singularis etiam externis nationibus admi-  
 rationi esse ceperunt, quibus rebus cum apud omnes  
 ordines tum apud Reges ipsos & Caesarem magnam  
 sibi gratiam peperit & auctoritatem. In sui  
 vero Regis familiaritatem ita se immiserat ut  
 non ex alterius magis quam ex illius consilio rex  
 pendere fuerit solitus. Neque solum dignum eum re-  
 dicaverit quem summis quibusq, dignitatibus cum-  
 mularet. Verum etiam si qui sperant alios ho-  
 nores mandandi his eos fere mandaret quos Petrus  
 Thomicius suffragis suis probavisset. Videbat  
 enim si quid consilio daret suamq, in Senatu qua-  
 cumq, tandem de re sententiam aperiret non eum  
 non eum quid sibi privatim conduceret spectare  
 aut gratia odione sive alia quapiam animi per-  
 turbatione

turbatione ab officij religione declinare, sed ad Regis Regniq, publicam utilitatem ad decus & honestatem omnia consilia sententiasque suas referre itaq, magnum jam Petri Thomicii nomen haberi coeptum est neque ad alium quancquam eque magnos concursus fieri. Quum etiam cum esset cum Rege in Lithuania ubi moris est si quando Senatus haberetur ut exclusis polonis omnibus tanquam exteris soli inter se Lithvani de his quae ad Reipublicam M. Ducatus constituendum pertinent consilium cum Rege ineant, & capita conferant ubi Petro Thomicio post hominum memoriam haec fuit prerogativa concessa ut etiam secretioribus eorum consiliis non solum interesse verum etiam praesse posset. Quod sua magno opere videbant interesse ut quae res in deliberationem cadebant de his Petro Thomicii sententiam audirent neque ea audita ullius fere consilium amplius requirebant cum id Maj<sup>s</sup> Regia animadvertisset quoniam nulla fuit major oblata occasio praepositura divi Michaelis in arce Graeviciensi eum audit. Quo vero tempore Toruni Rex agebat bello cum professorum magistro, implicatus attatum fuit Joan. Lubranseium Podman. Ep<sup>o</sup>m extremam vitam sua morte confecisse diem illico contra morem suum & consuetudinem (cunctator nam in eiusmodi rebus esse solebat) abjecta omni cunctatione Podm. Ep<sup>o</sup>ta Petrum Thomiciam ornavit tanta plausu & gratulatione omnium eius praesertim Eccles<sup>m</sup> Boal.

& Canonicorum vix ut ullus unquam Do.<sup>m</sup> Episcopum  
 pari fuerunt cunctorum letitia exceptis ex animo  
 non ficto neque simulato profecta ubi fuit Do.<sup>m</sup>  
 Ep<sup>is</sup> designatus etiam Regia Ma<sup>s</sup> egre id patieba-  
 tur ad officium tamen hoc suum ratas pertinere  
 fidei sua commissam Ecclesiam videre in animum  
 induxit id quod cum iterum atq<sup>ue</sup> tertium faceret hor-  
 rendo magis quam fruendo didicerunt homines quan-  
 ta presentis eius esset utilitas. Etenim discipuli  
 illius magna esse in aula solitudo magnum ei or-  
 namentum atq<sup>ue</sup> insigne decore videbitur sub ipsam  
 id tempus quo fuit Do.<sup>m</sup> praerat Ecclesie  
 Cracov<sup>is</sup> Joannes a Konary vir plaudo inge-  
 nio multoq<sup>ue</sup> mitissimis moribus praeditus facile ut  
 quantumvis in amorem sui etiam invitam & re-  
 cusantem raperet It in Petrum Thomicium  
 iam inde ab adolescentia suavissime semper  
 effusus erat. Nam & Cardinali cum servirent  
 uterq<sup>ue</sup> summa fuit inter eos ammorum convinctio  
 & cum in Card<sup>is</sup> demortui locum Joan<sup>s</sup> a Konary  
 Cracov<sup>is</sup> Ep<sup>is</sup> esset renunciatus non solum detrac-  
 tum nihil fuit de eo quo Thomi<sup>c</sup> prosequi-  
 batur amore sed magnis etiam acuspionibus au-  
 ctus is & voluptetatus esse videbatur cum nullam  
 unquam bene merendi de eo occasionem prudens  
 praetermitteret. Cum is itaq<sup>ue</sup> duplici morbo af-  
 fectus esset nam ex quo tempore Cracov<sup>is</sup> Ep<sup>is</sup>  
 factus totis uno & viginti annis ex pedibus  
 gravissime

gravissime laboravit perpetuamq, adversa valetudine  
 conflictatus, accessit ad hoc mala senectus extrema  
 morbus & ipsa gravissimus qua valde premebatur.  
 Jan enim duo de octoginta annos natus erat. His  
 igitur malis cum affectatus esset atque afflictus labo-  
 resque quos munus & Officium Ep̄i requirebat ferre  
 non posset ut erat vir hanc intacti religione animi  
 etiam atq, etiam diligenter cogitabat quomodo cum &  
 onere & honore Ep̄i se abdicaret suamq, cura  
 animo suo versabat cui potissimum id munus qd  
 ipse deponere in animo habebat mandaret. Sed cum  
 circumspiceret omnia omnium vitam moresq, dili-  
 genter expendisset neminem reperiebat cui talem  
 tantamq, provinciam rectius traderet quam Pe-  
 trum Thomicius cuius multo alijs in rebus &  
 dignitatibus gerendis inspectata iam sepe fuit &  
 probata virtus & prudentia singularis. Quam  
 obrem re seum diu multaq, perpensa & deliberata  
 misit Petrum Otuski arcis sue Lipowic Prae-  
 fectum, qui Petri Thomicii Ep̄i Posnaniensis  
 voluntatem exploraret num esset Garov<sup>m</sup> Ep̄iam  
 accepturus, seq, onere isto levaturus ea tamen  
 lege & conditione ut dimidia bonorum Ep̄alium  
 pars pones Joa. a Konary remaneret quo posset  
 inde quod reliquum ei vita esset futurum pro di-  
 gnitate sua sustentare quod Petrus Thomicius  
 non recusaret extracta fuit nihilominus res in  
 eius Garoviam reditum ibi cum Reg. m<sup>te</sup> actum  
 fuit

15.  
fuit ut suam quoque consensum ad voluntatem  
Joannis a Rosary Craov. Epi aggregaret Rex  
ubi rem cognovit exultabatur gaudio neq, libentius  
se quidquam facturum esse dicebat quam ut Petrum  
Thomicium Epim in vivente Joannis a Rosary  
Crao. Epi magnopere id postulantis locum curaret  
sufficiendum quod illa futurum sciebat ut eum  
sibi quasi affixum semper habiturus esset. Nihil  
jam restare videbatur aliud quam ut per sum<sup>m</sup>  
Pontificem res confirmaretur. Ad hunc missus est  
Hamilaus Borek Decretor Doct. vir sagax in pri-  
mis magnoq, ingenio & magna in rebus gerendis  
dexteritate praeditus. Is ab ineunte aetate sumo  
semper fuit erga Petrum Thomicium studio & obser-  
vantia nam & Craovae ipsdem studijs operam da-  
bant Bononiae vero & Roma quoq, una semper  
sub eodem tecto degebant quae quidem mutua inter  
eos benevolentia crescebat cum annis atq, eo proces-  
serat ut neq, ille ad cuiusquam esset quam ad Petri  
Thomici nutum paratior, neque haberet fere Pet.  
Thomicius illo quinquam chariorem neque liben-  
tius cuiquam arcana sua consilia omnia & negotia  
crederet atq, haec eius in illum propensio ad extre-  
mum usq, diem vitae suae nulla unquam offensio-  
ne interposita duravit. It igitur in Urbem missus  
quoniam magnum habebat in Curia Romana u-  
sum intra paucos dies ea hari sui sententia rem  
confecit

confecit cumq; attulisset ex Urbe Romana diploma  
 pontificium quo fuit ei pietas facta utrum-  
 que simul & Cracoviae & Posnan. Episcopatum  
 in id usq; tempus retinendi quo totum esset Prae-  
 Epitum assecutus a<sup>o</sup> a Christo nato M. D. XLIV<sup>o</sup>  
 die VI. Mensis Aprilis post horam XII a prelatis  
 & canonicis Ecclesiae Prae<sup>o</sup> atq; a Clero & populo uni-  
 verso in templo D. M<sup>ae</sup> Virg. in foro Cracov. perho-  
 norifice exceptus & Cracov. Episc. fuit salutatus sum-  
 ma letitia & gratulatione omnium. Oratio autem  
 compressis elegans habita est ab Andrea Krucio  
 Brennit. tum Episcopo. Annus prope edierat post  
 depositum Episcopatum cum Joan<sup>s</sup> a Konary naturo  
 salisfecisset. Vir cum alijs virtutibus tum haec ul-  
 madime suspiciendus quod cum per etatem affectu-  
 munus suum recte atq; ordine administrare se non  
 posse cepisset eo voluntarius ei vero quem non ipse  
 solum suo iudicio verum & prudentissimi quiq; ad  
 tantam hanc Provinciam gerendam unum omnium  
 aptissimum dignissimumq; indicaverunt. Felicem ille  
 se praedicebat quo tempore extremum vita diei si-  
 bi iam impendere videbat, quod sacerdos tantumq;  
 non Episcopus moreretur. Ita enim sentiebat rejecta  
 cura atq; onere Episcopi Episcopi se esse desipere. Sed  
 & hic noster felices numerandus qui D. Augustini  
 exemplo non successit Episcopo sed accepit qui meritis  
 hoc suis morumq; suavitatem singulari assequer-  
 batur

17.

batur ut alii in suum eum locum ascendisse gau-  
derent alij si quid factum de se esset non alium  
sibi quam eum Successorem dari Deposcerent. Fecit  
enim dum Premisl. adhuc ageret Ep̄um Joan<sup>m</sup>  
Subranſki Posn. Ep̄m de litterarum Studiis opti-  
me meritum tantaq<sup>ue</sup> virute liberalitate pre-  
sertim predictum ut gratam apud omnes & in-  
audam sui memoriau moriens reliquerit vix ulla  
unquam tempore intermorituram eum itaq<sup>ue</sup> cum  
papam in Episcop. suo plurima edificia & colla-  
psa restauraret & e fundamentis nova erige-  
ret ferunt dicere solitam eversum se ea o-  
mnia que magno sumptu edificasset si alium  
sibi quam Petrum Thomiciu Successorem fore sus-  
picaretur. Quia enim se neque alteri cuiquam  
tot villas & predia tot egregias domos estrue-  
re. Sed ut eo revocetur unde declinavit oratio  
mortuo Joa. a Konary Ep̄o, posnan. Ep̄atu con-  
tra animi sui sententiam Joanni Szabalski pre-  
posito Cracov. cedere coactus est cum And. Kri-  
cio Premisl. Ep̄o desponsus iam & destinatus ef-  
se videretur. Multum animi angebatur quod pre-  
terito sororis Filio Kricio viro valde erudito qui  
multis etiam preclaris ingenij sui monumentis  
apud ceteras gentes suam patriamq<sup>ue</sup> sus. nomen  
illustrarat ad hominem ab eius eruditione nul-  
lum disiunctum tanta hae dignitas delata &  
quasi de manibus suis extorta ei fuisset. Sed

non

non ita multo post cum Plocensis Episcopus vacaret fa-  
 cile apud Regiam Majorem obtinuit ut andream  
 Cricium propinquum et necessarium suum eo  
 augetet atq; honestaret. Pauci anni interceperunt  
 cum Joan<sup>e</sup> quoq; a Casco Gnesm. archieps Regni  
 Primas e vita discessit. Non expectabat in Regia  
 dum peteret Petrus Thomicius in demortui  
 locum se sufficere sed ultro ei Archiepiscopum detulit  
 quin etiam cohortata eum est ut ad altissimum  
 hunc dignitatis gradum accedere ne recusaret quo  
 nullus est in toto Regno sublimior. Noctem unam  
 ad deliberandum sibi dari poposuit. Qua interiecta  
 cum postridie se bene deliberata ad Regem rediis-  
 set animi sui sententiam explicaturus suspensi-  
 fuerant expectatione animi omnium futurumque  
 omnino cuncti ediscimabant ut honorem hunc et  
 summum amplissimum omnium et eundem multo  
 fructuosissimum obvis quod apertis ulnis accipe-  
 ret. Sed eos opinio sua et expectatio sepevit  
 nam contra quam eum cuncti futurum esse puta-  
 bant gratias quidem Regi egit quod iudicio suo  
 laboribus quibus perfunctus erat ac meritis  
 talem ac tantum fructum tribuendum censuisset  
 verum se eum locum asperrari velle negabat in  
 quo D. Slauislaum gentis polon. Patronum vi-  
 tam suam potissimum finire voluisse accepisset  
 sibi certum esse deliberatumq; alicui non ascendere  
 et ea qua fruere dignitate contentum vivere.

Sed si Ecl<sup>e</sup> rationibus Res prospectum caperet  
 Mathiam Drzewicki Vladis. Ep<sup>m</sup> nominabat  
 ut ei tantam hanc dignitatem deferre rogabat hanc  
 ejus animi sententiam et magnitudinem in despi-  
 cendis honoribus ubi conspexissent in stuporem o-  
 mnes & admirationem versi sunt. Studius enim po-  
 tius eum commissurum arbitrabantur quam ut tan-  
 tos ultro sibi delatos honores repudiabat, sed non  
 ea tantum in re animi illius magnitudo etuebat  
 alijs quoque in multis multa preclara fortitudi-  
 nis sue documenta dabat neque enim veritatis & ju-  
 stitie causa quemvis inimicum sibi capere quam-  
 vis fortunam excipere quodvis adire periculum &  
 discrimen recusabat non obnoxias sententias dicebat  
 id quod rectum esse intelligebat contra cuiusvis opes  
 & potentiam defendere nihil dubitabat suo iudicio  
 Republicam cuius erat studio sissimus tuebatur  
 neque aut in gratiam cuiusquam aut metu alicu-  
 jus ab officij sui religione declinabat nullius e-  
 rat autoritas tanta a quo non libere dissenti-  
 ret si quid eum iniqui <sup>pro</sup>cedere cognovisset atq;  
 hac que eveniebat interdum opinionum dissensio  
 magnam ut fit aliquoties animorum offensionem  
 parabat. Inventus est non nemo ex his qui o-  
 pibus & potentia plurimum valebant qui aperte  
 periculum & inimicitias ei denuntiaret nimis ac  
 istis denunciationibus adeo nihil fuit unquam por-  
 terrefactus neque de recta sententia deputus ut sa-

his

his mirari multi non possent cum tot ei formidi-  
 nis essent opposita tot mina intentata, tot  
 pericula denunciata quod nihil tamen unquam  
 de statu suo declinare nihil de vita sua cur-  
 riculo deflectere nullam ne in vultu quidem timo-  
 ris et trepidationis significationem dare vidus est. *J.*  
*lag.* haec tanta fortitudo animi illius atque exul-  
 tentia non solum admirationem verum etiam au-  
 thoritatem permagnam apud omnes ordines illi  
 concitabat quod cum intrepidè recti atque equi  
 propugnatores suscipere videbantur dum vel  
 extremae classis homines contra principes viros, ita  
 justitiam eorum flagitantes lueri, et defendere  
 non reformidaret. Inam vero sublimis iste et ex-  
 celsus animus ei auctoritatem pepererat, eam  
 auget prudentia, qua tantum pollebat ut sen-  
 tentiam illius tanquam prerogativam multis ma-  
 xima pars sequeretur atque ei fere staretur potissi-  
 mum. Inare si quando quod frequenter usus ve-  
 niebat gravi aliquo morbo conflictabatur atque  
 ita erat loco affidus ut non solum in Senatum  
 venire sed ne pedibus quidem consistere posset co-  
 actus est ex his quos intimos habebat aliquem  
 mittere qui in Senatu sententiam eius explicarent.  
 Quin etiam cum a laboribus respirandi sui que col-  
 ligendi causa ab eo loco ubi Senatus habebatur  
 multis millibus passuum abesset nihilominus quo-  
 ties de re quapiam graviore consulto iniebat  
 mittebantur

mittebantur ad eum volucres nuntij qui litteras per-  
 ferrent quibus a Rege ut suum de ea re consi-  
 lium perscriberet admoneretur adeo ne in silvis  
 quidem & solitudinibus in quas medicorum consi-  
 lio confirmandi sui corporis causa se addebat  
 vacuus esse a negotiis potuit verissimumque illud  
 esse experiebatur qua quisque ne plurimum vale-  
 ret qua ceteros longo intervallo anteciret eamque  
 maximam cuique perniciem afferre consuevisse.  
 Sic eloquentia nimia magno fuit plerisque detri-  
 mento quibusdam vires editium attulerunt.  
 Forma nonnullos sustulit alios divitiis stran-  
 gularunt alios opes & potentia evertunt ad  
 summam, ne singula sit enumerare necesse que  
 cuique admirationem maximam eadem pestem ma-  
 ximam attulerunt. De hoc autem Thomasio facti.  
 Episcopo non alia res nocuisse magis videtur quam  
 ea qua sibi tantum nomen famamque peperce-  
 rat prudentia & rerum usus maximarum quem  
 fuerat etatis beneficio fuerat maximum con-  
 sequutus. Inde enim tot semper negotiorum un-  
 dis obruebatur, ut nullum reficiendi corporis nullam  
 tuenda valetudinis ei tempus superesset ex quo se-  
 bat ut auiderentur vires illius & extenuarentur.  
 Quia etiam ex tantis laboribus & occupationibus  
 in gravissimos per sepe morbos incidebat quibus a-  
 liqua tamen fieri medicina potuisset si quid de  
 tantis istis curis & laboribus detrahere voluisset

augst

sed

sed cum aliis in rebus medicorum precepta sacra  
 secta conservaret. hac una in re nullius autho-  
 ritati cedere nullius moniti & consilio locum  
 dare voluit. In iis que ad victum seu victus  
 rationem pertinebant diligenter observandis ne-  
 mo fuit continentior, nemo medicis dicto audien-  
 tior verum quominus eisdem subiret labores &  
 senectute & morbo confectus eos quos et iuvenis  
 olim & recte valens subibat nemo erat qui pos-  
 set prohibere quod illius consilium & insistulum  
 vel maxime reprehendendum esse videbatur. Est  
 enim viri prudentis officium dare operam ut quod  
 libenter facit quam diutissime facere possit. sed  
 ita fuit hominis ingenium ad agendum planena-  
 di ut a negotijs feriari, neq, sciret, neq, posset.  
 Itaque totos dies cumq, hi contractiores essent,  
 totam noctium partem, legendo scribendaq, con-  
 sumebantq, eam quam nactus erat spartam ita  
 ornabat ita vice cancellarum munere fungere-  
 batur, credibile ut non sit fuisse ullum in Re-  
 gno vicecancellarium qui pari vigilantia munus  
 hoc obiret quiq, tam splendide magnificeq, tan-  
 toque ex honore sui Regis & dignitate illud admi-  
 nistraret, nam & ipse scribendi finem faciebat nul-  
 lum, & eum solus tantis laboribus sustinendis  
 non sufficeret, quasi vicaria quadam eorum o-  
 pera utebatur, quos potuit in potiori genere  
 doctrinarum doctissimos reperire, neque fuit in  
 Regno

Nequo quisquam cuius Aula eruditis honoribus  
 magis abundaret. neque vero se sat officio suo  
 junctum esse putabat si quae prudenter invenisset  
 eadem pure & eleganter aut ipse scripsisset aut  
 ab aliis interdum scribenda curasset nisi ea ipsa  
 pulcerrimis praeterea characteribus ab iis quos ha-  
 bebat eius artis peritissimos pingi fecisset adeo  
 nihil habere voluit nisi excellentis & quoad eius  
 fieri potuit perfectum plane & elaboratum. ac-  
 cedebat ad hoc summus splendor & magnificentia  
 praesue si aliquando aut a S<sup>o</sup> Pontifice aut  
 ab Imperatore ceterisque Regibus & Principibus  
 Oratores veniebant quos ita prolicie accipiebat ut  
 nemo prolixius neque quengquam eorum indona-  
 tum abire permittebat. In reddendis vero Re-  
 gis nomine responsis eiusmodi fuit ut dubita-  
 rent homines quid potissimum in eo admirarent  
 rerumne prudentiam an verborum eloquentiam  
 an linguae gratiam an actionis venustatem  
 et eam quam in pronunciando mirificam reti-  
 nebat gravitatem. Non plurima ille sed magno  
 cum pondere dicebat ita ut mentes audientium  
 eius oratio facile penetraret atque aculeum in illis  
 relinqueret ut apposite admodum a viro compri-  
 mis, et ingenioso, et erudito hoc ei fuit elogium  
 tributum. Diffusa est gratia in labiis tuis. Inam-  
 obrem & haec cum deo sancta natura plurimum  
 ornabat

ornabat, & liberalitas atq; insignis magnificentia  
 clarum illustremq; fauebat qua in optimum quemq;  
 quodcumq; tandem ille vita institutum deliquisset  
 utebatur. Si qui magnum erat nomen militia  
 consecuti epus cum. re tum opera benignè faue-  
 bat nam & de suo multa eis fauebat dari & a  
 Rege multo plura impetrabat Ipse autor fuit  
 quom tenuè est Imperatoris exercituum Regni  
 vectigal ut imperata Clero pecunia bona & duntaxat  
 redimerentur atq; Imperatoribus utenda fruendi-  
 bus perpetuo quoad vita cuiq; eorum suppedita-  
 ret relinquerentur. Sed cum ea pecunia esset coacta  
 factum ut eo tempore morbo præpeditus Regni  
 comitiis præesse non potuit Rege quoque in dithu-  
 ana edeunte in alios quam imperata fuit usus  
 ea pecunia converteretur fuitq; ea res certissimo  
 documento quanti interesset ad Reipublicam con-  
 stituendam presentem eum in Comitibus adesse. Sed  
 et vectigal id quod S. Petri Denarium appellant  
 ut in esedificandas in Regni finibus Arces conver-  
 teretur epus opera consilioq; fuit effectum, & a  
 Summo Pontifice impetratum. Inopes vero, & e-  
 genos multo maxima liberalitate prosequabatur  
 Arceutos aureos in solas vestes pelliccas una  
 hyeme expensos tulere questores que inter pau-  
 peres fuerunt distributa. Habebat in more cum  
 ad bona sua Epècha diuertisset ut Christi exemplo  
 omnes pueros illius pagi aut etiam oppidi quo  
 veniebat

venibat ad se venire jiberet & Stipem singulis ipse  
 manu sua praberet ea quo factum est ut & adve-  
 nientem eum & discedentem maxima caterva pue-  
 rorum semper committaretur & ad aliquot spatia  
 reduceret. Jam vero literarum studiosos imprimis  
 complectebatur atq; eos pra caeteris qui doctrina fa-  
 ma clari habebantur cujus rei Lazarus Bonamicus,  
 Erasmus Rotherodamus, Ricardus Cochleus atq; alii  
 nonnulli viri doctissimi testes esse poterunt boadle-  
 tes quibus & in Italiam & in Germaniam subinde  
 munera misitabat atque cum crebras ab eis litte-  
 ras acciperet suas vicissim sed eas praegnanter re-  
 mittebat. Alebat etiam complures tum pueros tum  
 adolescentes in studijs literarum in Italia quatuor  
 quinque plures interdum nonnunquam pauciores. Haec  
 res magna fuit gl'ialis admirationi quia unus Epus  
 tot in Italia adolescentibus sumptus suppeditaret.  
 Neq; enim ea ulla terrar' parte plures eo veniebant  
 ab uno aliquo, aut Episcopo aut Principe quam ad  
 Aula Petri Epi Cracovien'is. Ex quo factum est ut  
 ea pra caeteris viris eruditis abundaret. Verum &  
 Cracovia multis liberaliter impendebat atq; eorum tres  
 quasi classes fovebat duorum tenes erant facultates  
 horum pueros in arte Cracovien' in ludo littera-  
 rio instituendos curabat. Proceram vero filios una  
 cum Fratris sui filijs in curia sua Ep'ali fovebat  
 fuitq; ei vel maxima cura ut liberaliter educaren-  
 tur & a magistris quos habere potuit electissimos  
 ad humanitatem virtutemq; tenera eorum mentes fini-  
 gerentur

gerentur. Alebat autem ex clarissimis quibusq; familijs  
 a Schamotuli, ab Ostrog, a Pampow, a Czarn-  
 kow, a Tarnow, a Koscielce, ab Epatemia, a Ja-  
 rutowie, a Konary, a Puszock, a Plewice & ab  
 alijs quibusdam familijs, circa quas multis etiam  
 tenuioris fortune pueris & ad victum necessaria  
 suppeditabantur & aliquid haurire disciplinarum li-  
 cebat. Quaequidem illius liberalitas ad plurima visa  
 est pertinere primum Reipub<sup>ca</sup> posteritati consulere  
 cum satis esse non putaret. Si prudentissimis ipse  
 fidelissimisq; consilijs suis eam & ornasset vivens &  
 adiuvisset nisi hoc quoq; effecisset ut se mortuo niki-  
 lomimus posteri sui honeste educati libero homine di-  
 gnis artibus perpolitati posent ipsi quoq; aliquando  
 Reipublicae non solum esse ornamento verum etiam e-  
 molumento adeo non presentis modo sed et conse-  
 quentis temporis rationem habebat consiliaq; eius aut  
 in sempiternum aut certe in quam longissimum  
 tempus spectabant etiam mortuus prodesse patriae  
 cupiebat. Deinde ordinem sacrum cum prophanis  
 in gratiam ponebat hac non tanta benignitate sua  
 principum virorum voluntatem plurimum sibi deme-  
 rebatur cum viverent Ep<sup>um</sup> suorum liberorum alte-  
 rum parentem agere atq; ita in curam succedere  
 ut si qui spoliati eis essent se pupillos esse sci-  
 rent, magis quam sentirent. Cum etiam si minus  
 tum per etatem inteligerent potuissent corroborata ta-  
Apposuit tumulo charæ Patrone tuo  
Fletus multum et lachrymans fata impia o im-  
pia fata

Inpitiã fata illi raptus es ante diem  
Hoc omnes de te doctique bonique querent  
Nemo fuit doctis, nemo bonis melior  
Non alia ulla bonis est causa relicta querendi  
De te quauq<sup>m</sup> eis raptus es ante diem.

---

Elegia

## Elegia

Dei B. Joannis Archiep̄i Upsaliensis, in Tu-  
nere Petri Tomicii Ep̄i Graev. Vicecancellari.

(Is archiep̄s pulsus est Suecia per Regem  
quod in Lutheranismum consentire noluit, in  
Gloano segebat. In eum Tomicius ope ac  
liberalitate sua sublevabat.)

Plange Tuos tristes casus Graevia plange  
Et planetus renova tempus in omne tuos  
Lux tua, lux Patria, lux uno e Polonia tota  
Illustris erat, morte premente cadit  
Tam dignus presul vid unquam prodiet ex te  
Quavis preclaris es numerosa virtis  
Hic est quem findit natura prodiga virtus  
Et raras dotes, ingeniumque dedit.  
Quidquid virtutis fuit e probitatis ab illo  
Fludit ut res fonte flumina magna fluunt  
Illius egregia faundia presule digna  
Non Crispo inferior aut Cicerone fuit  
Nec minor eloquio fuit experientia rerum  
Sua se monstravit esse Patrem Patrie.  
Nec potuit nomen sapientis justius ulli  
Artibus sapuit cognata prava vetans  
Illius exemplo regitur sapienter ovile  
Christi, nam sapuit non sapiendo nimis  
Sobria

Sobria sit inquit Paulus sapientia nostra  
 Nam qui plus aliis non sapit ille sapit  
 Quid loquar illius sapientia tantum nobis  
 Profuit ut numeris non numerare queam.

Dulces edimias mecum seruo sapientis  
 Prasulis & veneror plurima scripta mihi  
 Felix Rex, felix Regnum felicia cuncta  
 Quae per tum Sanctum sunt moderata virum.  
 Nec fuit infelix aut improbabile nostrum  
 Edilium, quando is auxiliator erat.  
 In duos aliquos cecidisset forte Tomitas.

Ni Tomicius haec me revelasset ope  
 Cui si pro merito lacrimis succurrere possem  
 Totus ego in lacrimas solerer absque modo  
 Sed suo quid faciam. Te Christe precor miserator  
 Suscipe defunctum nobite plasma Tuum

Nec mea soluis est tamen ista precatio. Turbas  
 Innumeras audi quae simul ista petunt.

Illis magnificia donaria contulit, ut se  
 Non audire velis, vim tibi ferre velint  
 Est illis violenta manus caelumque rapaces  
 Invadunt, rapiunt vi Tua Regna Deus

Num tantis turbis Deus ipse resistere possis  
 Quas facit lex bonitasq; Tua  
 Quid? cecis, surdis, nudis, claudis & egenis  
 Pupillis viduis Christe negare potes?

Hos

Hoc prudens presul multo condiderat auro  
 ut secum properent Judicis ante pedes  
 Horum aliquis ducti O clementissime Judex  
 Pro nostro jure, Ducere pauca sine  
 Regnum celorum nostrum est, ut testis es Jpse.

Tam veras, quod nemo negare queat  
 Hoc ergo a nobis bonis iste Tomicius emit  
 In nos profudens quidquid habebat opum  
 non potes obmisi debeas subscribere: Fiat

Te cogit pietas, te Tua pacta ligant  
 Respice que sancta, que iusta, que moderata  
 visit, & in cunctos qua pietate fuit  
 Felix et nimium felix, qui talibus usus  
 artibus, ad Superos tutus habebit iter.

---

(Ex Mss. Bibl. Opol. Cl. XX in f.º (19 - 22.)

Ex Libro  
Philippi Radmievii Episcopi Craoviensis  
"De viris etatis sua & gentis illustribus."

Petrus Tomicius tot animi & corporis dotibus comulatus fuit, ut quae singula in nonnullis spectantur, in illo apparent universa. non solum enim prudentia, consilio gravitate, doctrina, & eloquentia fuit insignis, verum etiam humanitate, splendore, domestico comitatu, & liberalitate cum in suos tum in externos reliquis omnibus praestitit, hoc accedebat forma dignitas suavitatemque morum. Atque postea gestum tantummodo actionisque in dicendo formam nam haec erant in illo praecipua imitari volebant multi: virtutem quod equidem malim pauci. Santa vero omnibus vel in dictis eius vel in factis dignitas decorumque, illud quod plurimum in rebus valet, adfuit, ut vita eius consequuta fuerit difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate. Res quidem Ecclesiastica plurimum illi debet; quam florentem adhuc accepisset ita auctoritate prudentiamque, & animi magnitudine singulari sustinuit, vel florentiorem eam posteris traderet, quanquam id etiam magna ex parte, vel temporum facilitati vel pietati Principis sub quo vidit, attribui.

62. attribui poterit. Sed et possessiones Episcopatus sui  
multis iisdemque sumptuosis edificiis auit, illus-  
travit, & ad templorum cultum & ornamentum plu-  
ra contulit. Vidit annis L.L.L.L.L.

---

(Ex mss. Bib. Opolin. LXXVII. in fo  
f. 45.)

Testamentum

Testamentum

Petri Tomicki Episcopi Cracoviensis & Regni Poloniae  
Vice cancellarii.

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis, Beatae  
virginis Mariae, advocatae meae Sancti Michaelis archangeli  
Sancti Joannis Baptistae, Sancti Stanislawi, Sancti Vincentii, Sancti  
Floriani, Sancti Adalberti patronorum meorum & OOmnium Sanctorum  
Amen.

Praelare videt a superioribus esse comparatum, quod &  
morte nihil certius & hora mortis nihil incertius esse  
voluerunt, neque enim ad continendum in officio genus  
mortalium satis id erat futurum si certum hoc omni-  
bus esset & exploratum, sive longius abesset, sive pro-  
puius adesset, venturum tamen aliquando diem illumque  
nemini mortalium licet effugere, quo segregata a cor-  
pore anima non solum factorum, verumetiam dictorum  
omnium diligens est & exacta apud eum iudicem uni-  
cuique, reddenda ratio: apud quem nullum est personarum  
discrimen, nulla eloquentiae ratio, nullus gratiae res-  
pectus: nihil potest pecunia, nihil valent opes, sed ex  
sola virtute penduntur omnia. Eius rei cogitatio  
minime suffectura fuit, ad vertendam & constrin-  
gendam hominum cupiditatem atque, audaciam: si scire  
quisque potuisset quo tempore ex hac vita migran-  
dum, & in severi iudicis illius conspectum sibi esset  
prodeundum, quorum enim eminent ac proiecta est  
audacia nihil ea se deterrerentur, quominus quacun-  
que,

que animo suo colibita essent, ea flagitia designa-  
 rent, neque id in id usque tempus facere intermite-  
 rent, quo uispendere sibi ac prope iam adesse vitam  
 sua terminum cognovissent tum demum ad meliorem se  
 frugem recepturi ut qui nullum esse scirent serum tem-  
 pus penitentiae. Horum melitudo, conditor ille & Re-  
 deuptor humani generis, pro admirabili sua sapientia,  
 obocian ire cupiens, piis iudis atq; impiis certum id  
 esse voluit, atq; indubitatum, semel esse moriendum o-  
 mnibus: quo tempore, quo die, qua hora, id vero  
 ex aequo utriusq; abstrusum esse voluit ac reconditum  
 ut tanto paratioris & quasi in praesenti semper  
 essemus, simul atq; signum Imperator hoc est Deus  
 noster sustulisset, de praedidio & statione vitae dis-  
 cepturi. Ex quo fit ut quemadmodum nemo est tam  
 affecta aetate, nemo tam deplorata valetudine quin  
 possit si ita Deo visum sit, unum adhuc aut alterum  
 annum vivere: ita nemo sit etiam adeo virida aetate,  
 nemo tam robusto tamque firmo corpore, qui possit  
 utcumq; sibi Divos habeat faentes saltem  
 sibi polliceri. Quare demum mortales, mihi sapere  
 videntur, qui ita vivi sunt tanquam cras essent mo-  
 rituri: cumq; intelligant, vitam nihil aliud esse quam pro-  
 gressum quendam ad mortem, autem initium esse vitae  
 melioris, dum vivi sunt & incoheres mori discunt,  
 mortem meditantur, atq; ita res suas constituunt, ut  
 cum e vivis fuerint sublati, nullam posteris litigandi  
 aut querendi de se occasionem praestitisse videantur.  
 Quorum mortaliu ego vestigia persequi cupiens, etiam  
 corpore

corpore infirmo, mente tamen sana atq; integra, fir-  
 mius, conuictio codicillum hunc, sive eam potius ultima  
 voluntatem, aut testamentum appellare libet,  
 conscribendum curavi; quem veri ac legitimi tes-  
 tamenti, ac quocunq; eandem nomine extrema volun-  
 tas hominis appellatur vis ad potestatem obtinere  
 volo. Quodsi antea quoq; testamenta condidi ali-  
 qua ea induci volo at circumseribi, aut haec mea ul-  
 tima voluntas, omnium priorum mear voluntatum au-  
 thoritatem infermet, ac prorsus abroget quacunq; illa  
 eandem verborum formula fuerint expressae; & iam si ea  
 adiecta essent clausulae quibus testatoris manus lau-  
 di videretur. at rem in pauca conferam, presen-  
 tem hunc codicillum omnibus meis codicillis & testa-  
 mentis superioribus preferri volo. mei tamen ut sit  
 arbitrii ac potestatis, quoniam voluntas hominis am-  
 bulatoria esse debet usq; ad mortem, si quid mihi visum  
 sit postea, de voluntate ista mea immutare, vel  
 novum etiam Testamentum condere — id quod O-  
 mnibus esse testatum cupio.

Antea q; autem quid de rebus meis constitui scri-  
 ptis mandavero, hoc quoq; testatum omnibus facio,  
 mihi propositum esse planeq; deliberatum, quamvis  
 deum maiores mei fecerunt amplecti, quam s. Romana  
 & universalis approbat Ecclesia eam ad finem usque  
 vitae meae mordicus lucri ac retinere, quodsi ut  
 plerumq; evenit per mentis errorem, aliter postea  
 aut dicerem aut sentirem: testor vos quotquot  
 adestis, hanc esse solam sententiam, a me sana  
 mente prolataam, quod semper valere cupio, neq; ab  
 ea

ea unquam dimoveri. Cupio mori ut indignus licet  
 christianus tamen Pontifex, cupio modo per divi-  
 nam id liceat misericordiam, non nisi prius sacrosan-  
 ctis Corporis & Sanguinis Christi viatico instructus, atq;  
 omnibus aliis Ecclesiasticis Sacramentis munitus,  
 ex hac misera & calamitosa vita discedere. Quo ma-  
 gis autem id est quod cupio quam ut in me ad id pre-  
 standum salis esse queat virum, hoc impensis tibi  
 supplico Summa Virgo Maria, mater Creatoris & Re-  
 demptoris mei, Domini nostri Iesu Christi qua unica  
 es eorum patrona & advocata, qui sunt ab omni cu-  
 jusvis auditio destituti. Te quaso S. Michael Arch-  
 e, Te Domine Joannes Pap<sup>a</sup>, vos Beati Petri & Pauli ap-  
 to, Te Domine Stanislae, vos omnes quaso supplices atq;  
 obtestor, quos in terris habui semper tanquam tu-  
 minia quaedam tutelaria, ut hoc mihi apud Deum bene-  
 ficium impetredis, quo possim ita quemadmodum  
 verum deest christianum Pontificem vitam cum mor-  
 te commutare.

Nunc de me rebusque meis, haec est ultima voluntas  
 mea. Depositum tuum Pater celestis Tibi reddo: me-  
 liorem mei partem spiritum meum, quem in hoc mor-  
 tali corpore meo deponere dignatus es, Tibi cum pri-  
 mum repetes restituo, immundum licet spiritum, mul-  
 tis vitiis contaminatum, plurimis flagitiis cooperlum,  
 quacunq; tamen hora, quocunq; puncto temporis &  
 momento, ex hoc cum corporis diversorio, eternam ite-  
 ram in domum migrare jusseris, in manus Tuas Domine  
 commendo spiritum meum. (Pecator sum & pecca-  
 ra tua sum), opus manuum tuarum sum): operi manu-

67.

um suarum dexteram tuam porrige Domine, quae  
manuum tuarum ne despicias Dne. magna & enor-  
mia sunt peccata mea, sed major est misericordia  
Tua, cuius infinitus est numerus. Dne Iesu Christe  
Pater Dei Vivi, qui venisti pro peccatoribus gravissi-  
mis cruciatus pertulisti, qui pro peccatoribus Crucem af-  
figi, atq; in ea mortem acerbissimam obire voluisti,  
qui Petrum ter Te regantem, qui Mariam peccatri-  
cem, qui filium nequam, qui publicanum, qui La-  
tronem in Cruce pendentem in gratiam recipisti, qui  
Iuda quoq; proditori parcurus fuisti, si gratiam po-  
tius Tuam suppliciter implorare, quod ipse sceleris de  
se sui poenas expectare voluisset, qui per eos Pro-  
pheta didisti quacumq; hora conversus fuerit pecca-  
tor et ingemuerit, vita vivit & non morietur. Dne  
Iesu Christe ecce ego convertor ad Te, ecce ego pro pec-  
catis meis ingemisco: recipe me in gratiam Tuam, re-  
concilia me Patri Tuo omnis vivens. Si iniquitates  
observaveris Dne, Domine quis sustinebit? cum diem  
coeli immundi sint in conspectu Tuo. Dne Iesu Christe  
recipere dignare spiritum tuum, quem pre-  
cioso sanguine tuo redemisti me Dne DEUS verita-  
tis. Tradita & commendata DEO anima, de sepul-  
chro sepulchri illius hoc est corporis, haec est mea  
sententia.

Prorsus terra terra reddita fuerit, ut in cinerem ci-  
nid converteretur, volo corpus meum ut minimum  
per diem unum naturalem, hoc est per viginti quatuor  
horas insepultum iacere. Solet enim aliquando vitalis  
spiritus exclusus edistimari atq; ita hominibus imponere

(Quid)

Dum pro mortuo habetur qui superstes adhuc esse posset. Id quod cum aliis tum us praecipue temporibus quibus pestilentia sevit, evenisse aliquando, non solum legendis veterum scriptis, verum etiam usu comprobatum est. Ex quo factum est ut apud praecipuos mortales, continuis 7 diebus, mortuorum corpora calida aqua abluerentur & per intervalla conclamarentur: ut si quis inclusus in illis vitalis spiritus haberet, his rationibus eductaretur. — Toto autem illo tempore quo corpus in sepulchrum jaceret, volo & saltem de more recitari. Deinde vero, post unum ad minimum diem naturalem corpus meum, in sacello Divi Thomae cantuar. per me edificato, ornato & dotato, secundum ritum & consuetudinem Eccl. Romanae Ecclesiae cum apparatu pontificali, sepulchro mandari. Et anima & corpore utroque originis suae reddito de caeteris rebus ita statuo.

Legata Ecclesiae meae Cracoviensi.

Cappam ex adamasco albo, auro intertexta cum naviculis & fimbriis ac futo eleganti opere Romano factis. Eccl. meae Grae. do, dono & lego pro usu Epi Cracov. —

Cappam nigram de adamanto cum fimbriis Eccl. meae Grae. do, dono & lego. —

Dalmaticas duplices de adamasco auro intertexta cum eod. altinensis — Casulam de adamasco albo auro intertexta cum naviculis, spalleras, quas Prospes meus Goanen. ordinaverat duas, & alias quae sunt cum armis meis & textu ad Innum cum, tribulares de Eccl. meae Grae. do, dono & lego. — Spalleras tres novas, unam pro stallo, in quo Pontifex celebrans vesperas & matutinas stare solet & duas pro pulpitis chori & Rectoris — Ampullas argenteas inauratas noremberga laboratas — sedile

69

seu faldistorium ferreum cum 4 globulis argenteis &  
 tribus eis operculis de veluto rubeo brunatico ex nigro  
 pro usu Episcopi. — Schode alias velo pro ministran-  
 tibus pulchriora: Item velum unum ex purpura  
 quo utebar ipse in Pesto Corp<sup>o</sup> Ep<sup>o</sup> — Casulam ni-  
 gram de veluto nigro veneto cum Dalmaticis; pontifi-  
 calia duo; libellum Benedictionum & monumentor  
 manu Hauristai Gortshi in pergamento scriptum —  
 Pulvillus tres supra sedes Episcopales, unum ex  
 Adamasco rubeo Carmesino, habentem in 4 cornibus  
 pendentes globos cum floeis, auro & viridi serico inter-  
 tis, alterum ex Atladio brunatico de grana habentem  
 globos in 4 cornibus auro & rubeo serico Carmesino  
 intertato, tertium pulvillum, ex Adamasco rubeo Tur-  
 cio, qui ponitur in sella Ep<sup>o</sup> subtus tegumenta,  
 qui factus est modo simplici absq<sup>m</sup> nodis & floeis —  
 Cingaturas duas largas Thurcias pro tegendis pulpi-  
 tis naviculam argenteam pro aservando Thuro Eccl<sup>ie</sup>  
 mee Craovvici do, dono & lego. — Item anulum  
 aureum cum thaschio magno Pontificalem Eccl<sup>ie</sup> mee Craovv.  
 do, dono, lego ad usum suffraganei quando in Eccl<sup>ia</sup>  
 rem divinam facit. — Faldelabra argentea laboris un-  
 garici habentia cuspidem in summitate et 3 rursus  
 cum armis meis, do, dono, lego Eccl<sup>ie</sup> mee Craovvici.  
 Item unam integram peteam Atladii rubei Carmesini  
 auro intertati cum viginti & una naviculis impulatis,  
 continens ulnas 36 1/2 Eccl<sup>ie</sup> mee Craovv. do, dono, lego,  
 ut ex ea fiant ea indumenta, que magis esse commo-  
 da videbuntur ad usum sacerorum. —

Capella Sedi Prom<sup>o</sup> Cantuariensis.

In primis Calices argenteos tres, duos inauratos, tertium  
 non

non inauratum. Ampullas triplices, duplices inauratas cum armis meis, et duas non inauratas pro usu quotidiano. Casulam de adamasco albo auro intexto cum naviculis infulatis ac eiusdem Casulae attinentiis omnibus, cappella S. Thomae do, dono, lego. Item duas alias casulas cum ead. attinentiis, unum de adamasco rubeo Carmesino auro intexto, cum naviculis infulatis, aliam de draso seu atlaso Carmesino truratico de grana etiam pro capella do, dono, lego. Item casulam de adamento nigro etiam pro capella do, dono, lego. Dua pacificata argentea inaurata cum Reliquiis SS. etiam pro capella mea do, dono, lego. Item Lodices seu Tapeta cito mediocria, bona tamen et pulchra, et praeterea duo Lodices majores Turcius prosternendo pavimento in usu Capella, eidem Capella do, dono, lego. Item vasculum argenteum pro conservandis Hostiis — Scatulam cum corporalibus et patris alias Strzinski omnes eidem Capella do, dono, lego. Item tria missalia, duo de veluto rubeo tertium coquo in) rubeo superducta, pro capella do, dono, lego. Item cypsinam de veluto rubeo Carmesino loco pulpiti pro missis orandis — Cooperacula tria unum de adamasco rubeo Kitajka viridi subductum aliud de Tabino brunatico Kitajka glauca subductum, tertium operculum pulpiti de adamento nigro Kitajka subfulum Capella mea do, dono, lego. Item vasculum argenteum pro servanda aqua Benedicta — Binia parva candelabrot argentea, unum quod habet formam balansti minus, aliud majus et ponderosius quod hic Cracoviae laboravit andreas aurifaber etiam pro capella mea do, dono, lego. Alia ornamenta et indumenta Eclesiastica commissis fieri et curari Jm<sup>s</sup> meis

meis Executoribus, si ipsa ego in vita efficere & fieri facere non potero, Eisdem D<sup>ni</sup>s Executoribus committo & committi ad Capellam meam adhuc imperfectam perfici curate.

Ecclesia Collegiata Sandomiriensi.

Cappam albam de Adamasco albo qua usus sum jam a multis annis pro Ecclesia S<sup>ca</sup> Sandomiriensi do, dono, lego. — Ampullas elaboratas opere germanico, emptas a D<sup>no</sup> D<sup>no</sup> Ep<sup>o</sup> Plocensi pro Eccl. Sandomiriensi do, dono, lego. — Shodam unam pro Ecclesia Sandomiriensi, do, dono & lego. —

Pro Ecclesia Posnaniensi.

Calicem aureum pro Ecclesia posnan. cuius fui Ep<sup>o</sup> annis aliquot do, dono & lego.

Ecclesia Collegiata Vitiicensi.

Cappam rubeam ex Adamasco rubeo Carmesinouna & Dalmaticas rubecas pro Ecclesia S<sup>ca</sup> Mariae Vitiicensi do, dono & lego.

Ecclesia Parochiali in Thornicze

Calicem argenteam cum patena inauratam pro parochiali Eccl<sup>a</sup> in Thornicze do, dono & lego. — Ampullas duas plati laboris argenteas inauratas parochialit<sup>er</sup> in Thornicze do, dono & lego. — M<sup>fr</sup>o D<sup>no</sup> Palatuo Inowladislaviensi patri nostro germano vestem unam ex adamaseo brunaticam de granasuffaltam pellibus mardureis, qua fuit D<sup>ni</sup> olimi Castellani Gnesnensis fratris carissimi, do, dono & lego. Vestem etiam de Chamelotho nigram qua etiam fuit D<sup>ni</sup> Nicolai Thorniczerki Castell. Gnesnensis, do, dono & lego.

lego. D<sup>no</sup> palatino. Equos Redelarios, quatuor bonos.  
 Do palatino do, dono & lego. — Anno D<sup>no</sup> Archiep<sup>o</sup> Gnesnensi libellum in charta pecorina scriptum, opertum brucato, per m<sup>m</sup> d<sup>m</sup> olim Christophorum de Schidrowicz Castell<sup>m</sup> Cracov. nobis donatum. Anno D<sup>no</sup> sua do, dono & lego. — Anno D<sup>no</sup> Ep<sup>o</sup> Plocensi libellos duos, relicto rubeo obduetos opere Galico pulchre & sumptuose ligatos manu Petri Droschevite scriptos, do, dono & lego. — Anno D<sup>no</sup> Ep<sup>o</sup> Premisthensi moderuo libellum Benedictiones Pontificales in se continentem adamento rubeo obductum, do, dono & lego. — Eidem Anno D<sup>no</sup> Ep<sup>o</sup> Premisthensi mantellum ex Cramelotho rubeo carmesino, unacum Caputio do, dono & lego. — D<sup>no</sup> Samueli maiejowski Canonico Eccl<sup>e</sup> nostra Cracov. equos 4 redarios, qui solebant esse ad usum nostrum trahendo vehiculum, do, dono & lego. — libros Theologales ad colleg<sup>m</sup> manus Theologor. do, dono, & lego. — libros Juris pontificii & civitis collegi D<sup>no</sup> Collegiator<sup>m</sup> Canonistor. do, dono & lego. — libros poliorum studiorum nostris negotiis, ex parte Germanus, do, dono & lego.

### Familia Expedito.

Nicolao Bogusch marschaleo curia nostra Florenos 100. & pellicem ex gutturibus vulpinis, qua utebar. Coctearia argentea & equos quatuor redarios cum curru do, dono & lego. — Vladario nostro Jacobo Stadkowshi, qui pluribus annis utiliter nobis servivit 100 flor. & pellicem novam ex gutturibus vulpinis, qua est in Tesaurio do, dono & lego. — Stanislao Gosthi Canonico plocensi notario flor 80. panni Galici brunatici elegantis cubi

Nos 10. flor. 20 pro almutio et equum gradarium do,  
 dono et lego. — Philippo Radniewski notario flor. 50.  
 do, dono et lego. — ceteris notariis ac servitoribus  
 iuxta singulorum merita Dni Exe actores dent quid et  
 quantum eis videbitur. — Familia reliqua vestienda  
 Ramo tuctus, cui in super datur pannus alius bonus  
 more solito, et his qui habent equos proprios in obe-  
 quio datur duplicatum quartale. — aliis autem qui non  
 habent equos proprios datur eius et duplicatum trale  
 solvi solitum eiusmodi, fiat Expediitio familia familia  
 ut non peniteat eos in meis obsequiis fueratos esse.

### COCIS.

Datur Salarium duplicatum et pannus luctus. — Mosho-  
 viciis aurigis, agaronibus, et alia familia viliori, fa-  
 milia coquino et Kuchcikom datur pannus et dupli-  
 catum Salarium.

nota. Familia liberaliter fuit expedita aliis  
 dati sunt flor. 100. aliis 80. aliis 60.  
 aliis 50. Dati Equi, currus, hasti, cli-  
 pei, vestes equestres. —

### Debita edigenda.

(Condona postea Annus Dominus).

a Dno Adamo Jaszen'ski flor. 100. repetantur per nos  
 eidem mutuo dati. — ab Jacobo Wfroschek Apote-  
 cario repetantur flor. 250. per nos mutuo illi dati dno  
 nostro beneplacitum ei mutuati. — miklasch pelli-  
 fer habuit a nobis in mutuum flor. 30, quos illi nume-  
 rari fecimus, tum cum michael Bogave oblata debitum  
 eum coniecerat in carcerem, qui ab eo repetantur et adeo-  
 rum solutionem compellantur. — Eidem miklasch de-

dimus

Denis & alios 50 flor. in mutuum pro querendo victu suo  
 hi tales florem 50 repetantur ab eo. — Galeatio bar-  
 bitonsori nostro mutuo dederamus flor. 50 pro solutio-  
 ne domus, hanc summam illi condonamus. —

Habemus insuper apud nos certam quottam pecuniam  
 negotium nostrorum de Schamokuli diam aliorum ne-  
 potum de Promicze quam Dni Executores illis suo tem-  
 pore reponant ex pecuniis per nos relictis, prout Dnus  
 Benedictus Jsczynski & Stanislaus Borek noverunt.

Exposuit diam in rem nostram Stanislaus Borek  
 tunc cum in Glacia fuisset Ducatos auri in auro Hun-  
 garicales 646 & grosz. 15, nos solvi volumus ex plum-  
 bo nostro quod est in Hlawkowi si sufficit, sin se-  
 cas ex aliis pecuniis nostris id fiat.

Egerdus de Keupen hospes noster gedanensis, coc-  
 mit nobis gedani certos pannos, & rucearum, risch,  
 & amigdala nec non & certos orbis vitreos, hęc o-  
 mnia illi cum gratitudine solvantur.

Item ea que sunt a mercatoribus accepta in usus  
 nostros prout Stanislaus Borek novit, ea solvantur  
 ex pecuniis nostris fideliter & realiter.

Solutio Contributionis Cleri in Synodo proxima Dio-  
 cesiensi instituta, que ita erit solvenda, prout  
 solvebatur per antecessorem meum, cum instituebatur.  
 Contributio dupla, secundum taxam antiquam, solven-  
 da etiam erit, si alii quoque Domini Eppi illam solve-  
 runt, alias non.

Annus gratie a successore repetendus.

Jussura funeris marc. 200 aut marc. 400.

Elemosina ad omnia hospitalia huius Urbis per  
 marcas

marcas Decem.

75

Item ad omnia monasteria pro Tricesimis per mar-  
cas Decem.

Item ratio de danario S. Petri Regie M<sup>ti</sup> aut  
duo Thesaurario reddenda.

Registra cancellaria ad Thesaurum requiri ponenda  
& cancellario novo tradenda.

Item habeo quatuor pectoralia aurea tria cum la-  
pidis pretiosis unum quod habui in usu quotidiano si-  
ne lapidibus. Haec volo ut vendantur una cum Crucē  
parva cum lapidibus. Cathenas vero duas, quibus  
appensa sunt duo ad dictis pectoralibus lego & do ne-  
posi meae Zophie ex fratre germano olim Nicolao Cas-  
tellano Gnesnensi.

Est Capta in Thesuro meo cum quas re-  
stituit D<sup>mus</sup> Dux Prussia post concordiam cum eo fa-  
ctam que danda est ad Thesaurum regium.

Pecunia Testamentaria que residua est D<sup>ni</sup> o-  
lim Plebani & officialis Radomiensis, apud me dispen-  
sando.

Item tres libelli unus corio rubeo superductus  
in quo privilegia D<sup>ni</sup> Barensis sunt descripta &  
duo alii Aurei Velleris nigro corio superducti,  
reddantur R<sup>o</sup> M<sup>ti</sup> - hi sunt in mensa nigra que  
est in camera.

Bulle ordinariot & alie Bulle quas impetra-  
vi nonnullis Capitaneis super conferendis, per eos  
sacerdotibus Vistien. & Kuelien. Ecclesiar, Praepositu-  
ra Gzens. & Scholastris ac prebendis monetariis  
Eccles. Cracovien. deponantur in Capitulo Cracovien.  
Thesuro, simul & Bulla indulgentie concessa pro sin-  
gulis

gulis festis Nativitate Marie sub presentia Regis.

Item committo meis Executoribus, ut ab omnibus meis capitaneis & venditoribus Decimarum & Decretorum reddituum meorum exactam accipiant perceptionem & expositorum rationem, & hoc in quo illi remanebunt mihi obligati, ex ratione, per eo facta ab eis edigant & recipiant & recipiant in quo nobis obligati fuerint.

Item Idem Dni Executores mei dispensent pecuniam Dni olim Bartholomaei (Plebani & Officiarii Radomensis) cuius ego majorem jam partem dispensavi secundum ejus ultimam voluntatem, ac in suis consanguineos & amicos, exacta tamen pecunia qua super est, emanant Dni Executores censum pro una missa in Eccl<sup>a</sup> antiqua Radom<sup>e</sup> singulis septimanis legenda.

Omnia supellex mea cum auro, argento, vestibus lancis aut quocumq<sup>ue</sup>, nomine appellatur, similiter & equos supellectilem squinariam, vasa, scutellas, orbes cantaros, flaccas blannatas, alias & generaliter omnes<sup>res</sup> majores & minores ultra legata que feci volo ut vendantur & pecunia per Dnos Executores partem in debita mea partem suam in dotem nepoti meo Lophie ex patre meo Dno olim Nicolao Castell<sup>o</sup> gnesnensi suscepta convertatur cui quidem nepoti meo do & assigno in dotem mille flor. in moneta qui asservent in loco securo, quoad in matrimonium collocabitur, sic quod si illam decedere contigerit ex hac vita priusq<sup>ue</sup>, mystici tradatur, eodem mille flor. do & lego nepotibus meis ex predicto patre meo Nicolao magenis Haimistao & Joanni.

Annulos

Annulos meos cum Zaphiris lego <sup>fratris</sup> Regibus Primi-  
 cis meis, ac etiam <sup>fratris</sup> Reginae Hedvigi & Ja-  
 bello. Alium do & lego <sup>fratris</sup> Dno G<sup>o</sup> Premislino.  
 Joanni Groienſki & <sup>fratris</sup> meo Dno Palatino Ruffia & Pa-  
 latius Juovladislaviensi fratri meo, nepoti meo Zo-  
 phia ſupradicta, lego duos annulos unum cum Za-  
 phiro, alium cum adamante parvo, quem ſolus geſta-  
 vi.

Item Dno Nicolao Bedlinſki Scholaſtico Cracovien-  
 veſtem meam novam de Kyſayka nigram ventricu-  
 lis albular ſuffultam & unum annulum Thurinum.

Item Dno Stanislao Borek veſtem de Tabinis  
 nigro albulis ſuffultam & duos annulos cum Zaphi-  
 ro, quos ſolus geſtavi & ſunt ſcaricella mea.

Item Dno Jubienski pannum brunaticum angli-  
 cum pro veſtem & unum annulum cum Zaphiro qu<sup>m</sup>  
 ſolus geſtavi rotundum quem habui a Dna Duce Ma-  
 rovie.

Dno Samueli maciejowſki Tabinum Brunati-  
 cum pro veſtem.

Hæc ubi fuerint ex animi mei ſententia, quæ  
 jam deſcripta eſt, diſtributa: ſi quid pecunie  
 fuerit reliquum id omne in pauperum uſus & neceſ-  
 ſitates expendi, atq; eorum precibus animam meam  
 commendari cupio. Atq; eius diſpenſatorem conſti-  
 tui <sup>plem</sup> D. Stanislauum Borek J. V. D<sup>m</sup> Canoni<sup>m</sup>  
 Eccl<sup>e</sup> meæ Cracovienſis. <sup>ſupis</sup> autem ultimo vo-  
 luntatis, diſpoſitionis & ordinationis meæ veros &  
 legitimos Executores conſtituo Am<sup>m</sup> D<sup>m</sup> andream  
 Primum Ep<sup>m</sup> Plocenſem, <sup>plur</sup> Dnos Nicolaum Bedlin-  
 ſki Scholaſticum, Stanislauum Borek J. V. D. <sup>Benedictum</sup>  
 Jubienski

Gbienski Canon<sup>s</sup> Cracovienses, S. vero Reg. M<sup>lem</sup>  
 D<sup>m</sup> meum Clementissimum supplico ut huius mei tes-  
 tamenti recte atq<sup>m</sup> in ordine facti Defensor esse digne-  
 tur. Id ipsum iure necessitudinis, quod mihi cum eo  
 intercedit, peto a M<sup>co</sup> De Joanne fomite a Tharano  
 Palatino Russia Executores autem meos quæso atque  
 obtestor, ut in gratia Dei Omnis<sup>s</sup>, B<sup>pm</sup> V. Ma-  
 rid, B. Joannis Baptis<sup>s</sup> & S<sup>rum</sup> ap<sup>l</sup>orum Petri &  
 Pauli atq<sup>m</sup> OO. S<sup>rum</sup> ut hanc suscipere (Provinciam)  
 ne recusent, ut animam meam commendatam sibi ha-  
 beant, ut peccata mea Eleemosinis reddimenda, &  
 piis piorum operibus curent espianda. Quam fidem  
 prestari sibi cupiunt, ab iis quibus ipsi quoque post mor-  
 tem suam rerum suarum curam credituri sunt, hanc  
 mihi quoque bonorum meorum dispensatione præ-  
 stare ne graventur. Ita eos Deus Optimus maxi-  
 mus, justus, uniuscuiusq<sup>m</sup> factorum Jues, estima-  
 tor et Remunerator, a cuius oculis nihil esse potest  
 absconditum, & in hoc seculo omni genere felicitatis  
 cumulet, & posteaq<sup>m</sup> ipsi quoq<sup>m</sup> natura salis fecerint,  
 eterna faciat glorie participes. Hoc autem in  
 primis prohibeo, ne quis eis negotium facere aut pe-  
 riculum creare in animum inducat neve per Amos  
 De Locidarios, ad ullam eos rationem reddendam  
 cogere conetur; nam si de eorundem fide dubitarem  
 nunquam & me & rerum mearum omnium procuratio-  
 nem eorum fidei commendarem. Quicumq<sup>m</sup> autem con-  
 tra voluntatem hanc meam venire ausus fuerit, &  
 impedimento erit, quominus omnia ut scripta sunt  
 in hoc Codicillo, ita curari possint & confici cupiuntq<sup>m</sup>  
 Hæc

status & conditionis ille fuerit, sive sit alienus sive a-  
liqua libertate aere necessitudine attingat, cum Ego  
in Jus volo atq, ut apud horrendum Christi Tribunal  
se sistat, primo quoq, tempore volo, et impedita ex-  
trema mea hac voluntate causam dixeris.

Ego Petrus Tomcius Epus confiteor, & promefero,  
hanc esse ultimam meam voluntatem. Cui rei quo plus  
fidei habeatur, manu propria, huic Codicillo subscri-  
bendum esse putavi actum praeoviae die

Anno Domini M. D. CCLV<sup>o</sup> presentibus Samuele  
mauciorowski Gnesnen. Gacov. & Sandomirien. Cano<sup>o</sup>  
Stanislawo Stocio Juris Ur. Doctore Proposito Vilnon-  
si ac Visliciensis Canonico Nicolao de Meliorzka Cano-  
nico Poltoviensi, anthorino de Karthovia artium  
et medicinae Doctoribus, Stanislawo Daubmirzki ac-  
biculario meo & Stanislawo Gorski Canonico Plocen-  
si Notario Publico, qui hoc Testamentum scripsit &  
obsignavit.

(Ex mss. Bibl. Gf. CLXX. fo 25 - 34.)

Processus

Proceſſus Capituli Cracoviensis  
de Exequiis & ſepultura Petri Tomicki  
Ep̄i Cracov: Regni Poloniæ Vicecancellari.

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Cracov: Universi  
 et ſingulis tam Nre Cathedralis quam Collegiatarum Ec-  
 cleſiarum Prælatiſ & Canoniciſ, abbatibus, Priori-  
 bus, miniſtris, Guardianiſ & Parochiſ, Eccleſiar  
 Rectoribus eorumq; viſgerentibus, altaristiſ, Vi-  
 carius perpetuiſ & manualibus, Præbendariſ, man-  
 ſionariſ, ceteriſq; Præſbyteriſ beneficiatiſ & non be-  
 neficiatiſ et perſoniſ eccleſiaſticiſ ac quorumvis or-  
 dinum Regulariſ, Fratribuſq; religioſiſ exemptiſ & non  
 exemptiſ, in, per & infra Civitatem & archidiaconat-  
 um Cracoviensem ac Decanatum ruralem.

Ubi libet conſtitutiſ ſalutem in Dno.


non eſt incognitum Vobis Annū olim in Chriſto  
 Patrem Dm Dm Petrum Dei gratia Ep̄i Cracov:  
 & Regni Poloniæ Vicecancellariſ ab hac Feria & ante  
 Feſtum omnium Sanctoꝝ proſime præteritum deceſiſſe.  
 Quem quia & Patrem benignum & Paſtorem vigilantifi-  
 mum iuriumq; & libertatiſ noſtre acerrimum deſenſo-  
 rem & protectorem experti ſumus, equum eſt, util-  
 lum legeatſ una Nobiſcum, funebriſq; Officiis & Ec-  
 quarum honore in Eccleſiis Veſtriſ proſequamini, ad-  
 hibitiſ vigiliſ novem beſionum & miſſa in ſantu die  
 cratiſtia poſt decantationem vigiliat; ac ſeptem miſ-  
 ſiſ per ſinguloſ veſtrum lectiſ, huc in hiſ funeralibus  
 Compitiſ peragi ſolent Itaq; voſ exemptoſ in Dno requi-  
 rimus

rimus & hortamur, vobis vero non exemplis in virtute Sanctae Obedientiae, & sub excommunicationis laetae sententiae poena mandamus, quam in vos & Vestrum quemlibet, nisi praemissa adimpleveritis ferimus in his scriptis ut modò visis Deum aliquam vobis commodam deligatis, eamq; parochianis vestris sedus utriusque denunciatis qua pro vestro erga bonum pastorem & Patrem nostrum officio & debito Iusta, sive Exequias, hoc est vigilias novem lectio-  
num cum missa cantata, & septem missis lectis, per vos aut substitutos presbyteros, pro anima illius Vestris in Ecclesiis peragatis. Et ne quis negligentis sua ignorantiam pretestat, sub poena praedicta mandamus, ut has literas nostras unusquisque Plebanor det operam, ut ad vicinum perforantur, ad quem vero Plebanorum ultimum perlatum fuerint, nobis eadem reddendas curabit.

Datum Craovio.

---

(Ed eodem mss. fo 34.)



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)

[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**

**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**